Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31237
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

sponsionis porrigat bonus ut scriptum est Serviat bonus
super datum optimum. Omnia que ei iniunxerit abbas ipsa
habeat sub cura sua A quibus eum prohibuerit non presumat.
Fratribus constitutis admonam sine aliquo tipo uel mora offerat
ut non scandalizetur memor diuini eloquii. quid meretur q
scandalizauerit unum de pusillis Si congregatio maior fuerit.
solacia detur a quibus adiutus et ipse equo animo im
pleat officium sibi commissum Iuxta competentibus detur
que danda sunt et petantur que petenda sint ut nemo per
turbetur neque contristetur in domo dei De ferramentis uel
Substancia monasterii ¶ rebus monasterii. Capl'm. lj
in ferramentis uel rebus seu quibuslibet rebus pondeat
abbas fratres de quorum vita et moribus securus sit et eis sin
gula ut utile iudicauerit consignet custodienda atque recolli
genda Ex quibus abbas breuem teneat ut dum sibi in ipsa as
signata fratres diuisim suscipiunt sciat quid dat aut quid
recipit Si quis autem sordide aut negligenter res monasterii
tractauerit corripiatur Si non emendauerit discipline re
gulari subiaceat Si debeant monachi aliquid proprii habe
Recipiat hoc diuinum radiatus ampu ¶ Capl'm. lij
ri de monasterio ne quis presumat aliquid dare a
ampere sine iussione abbatis neque aliquid habere proprium
nullam omnino rem neque codicem neque graphium neque tabu
las sed nichil omnino quippe quibus nec corpora sua
nec voluntates licet habere in propria potestate Omnia
vero necessaria a patre monasterii speretur nec omnino licet
habere quod abbas non dederit aut permiserit Omnia que
sint omnibus communia ut scriptum est nec quisquam suum aliquid

+ diuisio.

Capitulum 32

Capitulum 33.